



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCLV. Markgraf Ludwig nimmt die von Rosenberg und von Bredow mit
dem Schlosse Plate in seinen Schutz, am 17. Oktober 1338.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

DCCLV. Markgraf Ludwig nimmt die von Rosenberg und von Bredow mit dem Schlosse Plate in seinen Schutz, am 17. October 1338.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. recepimus in nostram familiam ac tuitionem presentibus recipimus fratrem Johannem de Rosenberg, wernherum et werenherum de Rosenberg, fratres, nec non petrum militem, copkinum, willekinum et matheum fratres dictos de Bredowe cum castro Plate et aliis suis municionibus, quos habent pro nunc et habere possunt in futurum, volentes ipsos contra quemlibet tueri et in suo jure defendere: et in adiutorium esse debemus et de suis juribus habere plenum posse. Debent enim ipsi suas municiones predictas contra quemlibet presentare et omnimode nobis apperire. Et cum nos vel quicumque nostri nomine statuerimus, ipsas municiones intrauerimus, extunc expensas in omnibus tenere debemus et largire. Et si capitaneus noster equitare vel aliquid aliud facere iusserit et in hoc dampna perceperint, illa ipsis equisimilibus refundemus. Et si, quod absit, suas municiones in nostro seruicio perdiderint, secundum consilium duorum nostrorum fidelium vasallorum et duorum suorum amicorum indemnes tenere volumus et ipsis aliis bonis recompensos. Si etiam per edificia uel alium modum circumvallati et obsessi fuerint, ipsos in quatuor ebdomadarum spacio de ipsa obsessione redimemus. Et si aliquas guerras habuerint et aliqui de nostris fidelibus uel de suis amicis ipsos iuuare uoluerint, hi de nostro consensu fore debent et beneplacito uoluntatis. Et si domino Episcopo Magdeburgensi uel aliquibus suis amicis nostri nomine diffidationem iusserimus, tunc ipsis tantum dare temporis spacium debemus, sicut domino Jo. de Buch, capitaneo nostro dilecto, uidebitur conuenire, quod in suo honore se seruare possent. Et cum aliquis rixas nostri nomine habuerint, ex tunc ipsis in bonis inimicorum dare debemus suorum bonorum recompensam, sicuti domino Jo. de Buch memorato uidebitur consonum rationi. Huius rei Testes Dominus Jo. de Buch sepedictus, Henricus yfoldsrider, Rutenic, milites, Gerko wolf cum ceteris. Ut singula premissa etc. Datum Berlin, anno domini Millefimo CCC°. XXX°. VIII°. in vigilia Luce Ewangeliste.

Nus dem Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archives Cod. 4. in qu. Abth. III, Nr. 25. — Fehlerhaft abgedruckt bei Gercken Cod. II. 550.

DCCLVI. Des Rathes zu Berlin Revers, daß er das zur Einlösung der Lausitz aufgebrachte Geld nicht anders als zu diesem Behufe auszahlen wolle, den 30. Dezember 1338.

Wy Ratmanne van berlin vnd van kolna bekennen in desen gegenwerdegen brieue, dat wy von gebodes wegene unde van geheites vses Heren Margreuen Ludowigs von Brandenburg hebben undvanghen dat Lantschot des Landes ouer Oder beyde van den guder handen luden van borgern und van Buren. Wy hebben ok gelouet den guder handen luden und den borgern van den Steden by namen Könighesberch, Moryn, Bernwalde, Schouwenulite, Soldyn, Lippene, Landesberge, Vredeberge, Berlyn, Waldenberge, Arnswalde, Reetz, Draenborch, dat wy dat